



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 17. Illustrium obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

## §. XVII.

*Illustrium obitus.*Sæc. XVII.  
A. C. 1657.

Obiit hoc anno optima, infelix tamen Princeps Nicolina Henrici II. Lotharingiæ Ducis & Margarithæ Gonzagæ Filia. Hæc anno Christi millesimo sexcentesimo vigesimo primo die vigesima secunda Maji per Venerabilem Patrem Dominicum a Jesu Maria Carmelitam Excalceatum Carolo IV. Henrici Ducis Nepoti connubii vinculo juncta erat, marito sane uxoris tam præclaræ magis amante, fideliore, magisque fortunato dignissima; quamvis enim Carolus Cantacruiciæ Ducissæ amoribus illecebrisque captus, legitimæ conjugis suæ matrimonium dissolvere molitus esset: Illa nihilominus etiam ab eo deserta Maritum suum constanter adamavit, totoque tempore, quo is ab Hispanis Toleti captus detinebatur, ejus libertatem apud summum Pontificem, Cæsarem & Venetos iteratis literis, precibus & oblato redemptionis pretio impetrare adlaborabat: tandem vero eo tempore, quo Lotharingiæ hæres a Gallis agnoscebatur, morbo, quo jam pridem cruciabatur, seu potius animi mærore die vigesima tertia Februarii extincta est.

Gg 2

Ca-

Sæc. XVII. Caverat supremis testamenti tabulis, ut  
A. C. 1657. novies centena quinquaginta aureo-  
rum millia, per Nicolaum Franciscum  
Lotharingæ Ducem, & Claudium de  
Mangin, quos supremæ suæ voluntatis  
executores nominabat, in solvenda Do-  
mesticorum salaria, & expungendum  
æus alienum impenderentur. Ex e-  
dem Lotharingica Domo exeunte hoc  
anno obiit Carolus Ellebovii Dux mi-  
tari scientia, animique fortitudine be-  
ge præstantissimus, præcipue vero Re-  
ligionis cultu insignis, atque ad de-  
merendos omnium animos a natura  
comparatus. Languabat diuturno  
modum morbo, quo sensim confu-  
ptus, morte eminens visa, diu, ac re-  
ligiose mori didicit. Tandem etiam  
decessit Olympia Maldachina: Hæc in  
Capitolio Romano Vir sub mulierum  
veste latens, in Vaticano autem Mu-  
lier virili habitu ornata videbatur.  
Juncta erat Principi Pamphilio Joanni  
Baptistæ Pamphili postea Innocentio  
Papæ Fratri, decimo autem anno  
sui anno amor conjugalis tepescere co-  
debatur, eoquod Olympia in Cogitatum  
suum sacræ militiæ adscriptam, et  
postmodum Romana Purpura decore  
tum suas opes, omnemque sollicitudinem  
præcipue post Mariti sui obitum  
effudisset. Demum Pamphilio ad Pre-  
ticiæ

tificatum evelto in Vaticano sedem fi- Sæc. XVII.  
 gere meditabatur, ast a Pontifice, & A. C. 1658.  
 Panzirolo Cardinale prohibita, publi-  
 cis privatisque negotiis & procurandis  
 gratiis ac beneficiis tam importune sese  
 ingessit, ut Pontifex, arrogans hujus  
 fœminæ imperium exosus, eidem in-  
 hiberet, ne deinceps Regimini sese im-  
 misceret, nec coram Papa compareret,  
 aut cubilis Pontificii fores adiret. Tan-  
 dem Alexandri VII. Pontificis jussu  
 Roma excedens, Urbevatum secessit,  
 ubi hoc anno peste extincta est, relicto  
 suarum facultatum hærede Camilo  
 Principe Pamphilio Filio suo.

§. XVIII.

*Comitia Francofordiæ pro eligendo  
 Cæsare celebrata.*

Vivente adhuc Ferdinando Cæsare Priorat. vit.  
 Imperii Principum Delegati par- Leopold. 1. 2.  
 tim Catholici, partim Protestantes Con- tom. 1.  
 ventum Francofordiæ celebrabant, de Tuld. Hist.  
 iis articulis, qui in comitiis Ratisbo- Europ.  
 nensibus componi haud poterant, de- p. 182. l. 8.  
 liberaturi. Allato autem nuntio de Latomi re-  
 Cæsaris obitu suspensis ceteris negotiis lat. Hist.  
 ibidem de Romanorum Regis electione Barre hist.  
 toto studio agebatur, indiçtiis ad diem d' All. t. 9.  
 decimam quartam Augusti Imperii com-  
 mitiis. Jam anno priori die decima  
 Gg 3 septi-